



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXCIII. Kunigunde, verwittwete Königin von Böhmen, klagt bei dem Könige
Rudolph über den Markgrafen Otto von Brandenburg, der Prag
eingenommen und ihr ihre Kinder entrissen habe, und bittet den König ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

percipiat annuatim. Vt autem istud per nos et et per nostros quolibet ipsi D. Regine inuolabiliter obseruetur, presens scriptum desuper fieri et sigillo nostro iussimus committi. Dat. . . . anno domini mill. CC^{mo} octuagesimo primo kn.

Nach demselben Codex, und abgedruckt wie die vorstehende Urkunde. Soezel hat für DC^{as} ducentas.

CXCII. Der Römische König Rudolph verspricht einer Stadt, vermuthlich in Italien, ihre Angelegenheiten sobald zu berücksichtigen, als seine Uneinigkeit mit dem Markgrafen von Brandenburg beigelegt sein würde.

Dum considerationis nostrae volumina volvimus, dum cunctorum fidelium nostrorum, et Principum sub Imperio Romano degentium fidem et merita, quibus eidem famulantur Imperio, Regalis circumspeditionis providentia contemplantur, ad vos, tanquam fide, devotione et opere clariores, benignum convertimus nostrae considerationis intuitum, sedula meditatione pensantes, qualiter hujusmodi clara vestrae devotionis insignia, quibus nos et Imperium hactenus coluistis, condignae retributionis muneribus honoremus, quo magis accensa vestra devotio continuatione laudabili floride perseveret. Sane N. ad Majestatis nostrae praesentiam in vestrae legationis officio destinatum benigne suscepimus, et ea quidem, quae nobis vestro nomine referre voluit, sic advertimus diligenter, siquidem de facto, super quo frater H. vobiscum nostro nomine contulisse dinoscitur, prout etiam N. plenius nos instruxit, responso finali vobis ad praesens non possumus respondere, maxime quamdiu causa seu quaestio, quae inter Nos et Marchionem Brandenburgensem emerit hoc tempore, non est ad partem alteram terminata; qua statim, ut credimus, expedita, sollempnes nuntios nostros super his et aliis plenius informatos ad vestram praesentiam e vestigio dirigemus, affectuose rogantes, quatenus interim taliter vestra negotia dirigatis, ut si per ipsos ad nostra servitia vocari contigerit, ad ea reperiamini expediti. Super facto autem Tusciae, vestrae petitioni annuissimus de facili, immo nostra in hoc et Imperii utilitate pensata fecissemus et ipsum procul dubio non rogati, si non summi . . . patris, petentis ibidem quendam cognatum suum per quamdam convenientiam collocari, praecurrens petitio, vos in ipso negotio praevenisset.

Nach dem Original-Abdrucke aus dem Codex Trevirensis in Bodmann's Cod. epistol. Rudolphi regis p. 106. 107.

CXCIII. Kunigunde, verwittwete Königin von Böhmen, klagt bei dem Könige Rudolph über den Markgrafen Otto von Brandenburg, der Prag eingenommen und ihr ihre Kinder entrisen habe, und bittet den König um seinen Rath.

Ex quo placuit Regi Regum altissimo praealmo omnia complectenti, nos karissimorum nostrorum orbare solatio, ad Vos, tanquam ad potissimum, qui nunc superest, refugii

nostri portum recurrimus confidenter, statum nostrum, ac ea, quae circa nos fortunae potentis imperium per vices temporum alternat et variat, ad Vestrae Majestatis notitiam merito deferentes, ut in laetis et prosperis nobis congaudeat, et in adversis vero et tristibus nobis quodam naturalis affectionis instinctu rationabiliter condescendat. Ad vestrae igitur Excellentiae notitiam deferimus querulose, quod illustris O. Marchio N. pacis et amicitiae foedera inter serenissimum Dominum nostrum R. Romanorum regem, Nos, et ipsum inita non attendens, post amicos tractatus et ordinationes habitas hinc inde, et juramentis et litteris confirmatas, ad civitatem Pragensem se transtulit, liberos nostros illustres, univ[er]sa exenia nostra, civitatem et castrum in suam temere redigens potestatem. De quo casu inopinabili sibi providentia nostri consilii de facili praecavisset, si non praedicti Marchionis legalitas illibata temporibus retroactis, sed hoc detestabili sine totaliter denigrata, nil finistri, nil perfidi machinandi, plenam de ipso nobis fiduciam tribuisset. Quapropter Serenitati vestrae devotis humilitatis nostrae precibus supplicamus, quatenus pro recuperandis et repetendis liberis nostris, a materno gremio tam fraudulenter et dolose (ereptis), nec non exenniis nostris rehendendis, vestrum nobis et serenissimo Domino nostro R. dignemini consilium impertiri; nos enim circa restitutionem clenodiorum vestrorum, quae idem Marchio cum caeteris occupavit, praedicti Domini nostri R. consilio parere et intendere volumus bona fide. —

Nach dem Original-Abdrucke aus dem Codex Trevirensis in Bodmann's Codex epistol. Rudolphi regis p. 108. 109.

CXCIV. Der König Rudolph setzt der verwittweten Königin von Böhmen 3000 Mark jährlicher Einkünfte aus.

Virtutum radiis illustrata, Domina Ch., inclita Regina Bohemiae, probitate sua nos compulit, et venusta morum honestate coegit, ut ei, quam duri temporis multipliciter angustavit acerbitas, et salubriter consolamus, et liberaliter succurramus. Decet quidem Regiae Majestatis honorem, ut eadem Domina, quae ad nostrae protectionis praesidium confidenter se transtulit, speratae gratiam pietatis inveniat, et a nostra Celsitudine amplius, quam sperare valuerit, consequatur. Sane cum de praedictae Dominae Reginae consilio et consensu, Regnum Bohemiae susceperimus sub certis pactis et conditionibus inter nos et ipsam habitis, pro utilitate et commodo liberorum suorum illustrium gubernandum, prout haec in aliis nostris litteris clarius exprimuntur, dicta Domina Regina cum instantia postulavit a nobis, ut determinatas possessiones et certos redditus assignaremus eidem, quibus vice et loco donationis sibi factae propter nuptias a quondam O. illustri Rege Bohemiae vitae suae temporibus uteretur. Nos itaque praedictae Dominae Reginae precibus favorabiliter annuentes, ei trium milium marcarum proventus et redditus assignamus, et faciemus assignari, videlicet Opaviensem provinciam etc. Quodsi forte viri fideles et providi, nec ipsi Reginae suspecti, quos ad hoc deputabimus, ut taxent et aestiment redditus, qui ex dictis bonis annis singulis percipi poterunt, nobis retulerint, quod proventus eorundem bonorum non sufficiant, ad com-